

15

1114 JULHO 31 — *Os condes D. Henrique e D. Teresa doam à Sé de Viseu a ermida de S. Silvestre, na terra de Besteiros (c. Tondela), o que é confirmado pelo «rei» D. Afonso Henriques em 30 de Setembro de 1122¹⁹².*

T.T. — Sé de Viseu, m. I, doc. 13, cóp. séc. XIII-XIV, falsificação¹⁹³.

Publ.: DR, docs. 41 e 241.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Hec est carta testamenti quam ego Enricus comes simul cum uxore mea Tarasia domini regis Ildefonsi filia sana mente et prona voluptate fecimus ecclesie Sancte Marie episcopalis sedis Visensis et ejusdem loci clericis ibidem commorantibus de heremida Sancti Silvestri in terra de Balistariis. Damus et concedimus supradicte sedi in honore Beatissime Virginis Marie supradictam villam cum omnibus terminis et pertinenciis suis sicut terminatur: ex una parte per Saldonias deinde per Saldonas et sicut venit per ipsam Comeeiram quomodo vertit aqua et vadit ad illam antam que stat inter ipsam villam de Carvelal et Hermidam et ex alia parte per ipsos Codesales et per ipsum Beculium. Habeat itaque et possideat jure perpetuo predicta ecclesia ipsum locum sicut jam terminatum dinoscitur cum introitibus et egressibus suis cum aqui pascuis terris cultis et incultis et cum universis qui ibidem ad hominem prestamen esse videntur. Quicquid et jam inter terminos istos ad regale jus pertinet de nostro dominio sit abrasum et in dominio supradicte sedis sit traditum jure perhenni et hoc facimus in nostri memoriam atque antecessorum et successorum nostrorum ut Beatissime Virginis intercessione atque sanctorum precibus quorum ibi reliquie continentur et nomina adjuti quod nostris meritis nequivimus valeamus adipisci. Si vero nos vel aliquis successorum nostrorum quod fieri non credimus hoc nostrum testamentum infringere vel dimittere voluerint non sit ei licitum sed ira Dei Omnipotentis et nostra maledictio veniat super ipsum sicut autem extraneus inde aliquid cumterere vel auferre temptaverit sit excommunicatus et maleditus et pro sola temeritate de suis propriis facultatibus restituat in quadruplum eidem ecclesie omnia que auferre temptaverit et domino terre quingentos solidos purissimi argenti et hoc nostrum testamentum perpetuum obtineat vigorem.

Facta carta testamenti II Kalendas Augustas Era M.^a C.^a L.^a II.^a. Nos supradicti Henricus et Tarasia hec quod prono animo fieri decrevimus in honore Sancte Marie coram idoneis testibus propriis manibus roboramus.

Gaudium ts., Zedom ts., Cidi ts., Gauzelinus ts., Trudesindus ts., Egas Gundesindit conf., **Gomez Nuniz conf.**, Menendus Pelaiz conf., Tedonius prior [conf.], Garcia Rodriguiz conf.¹⁹⁴

¹⁹² Esta confirmação não consta, porém, entre os documentos da Sé de Viseu.

¹⁹³ Rui de Azevedo considera este documento falso, "engendrado sobre a carta de couto da Sé de Viseu" (DR 19). Do mesmo modo reputa de falsa (como já antes A. Reuter) a confirmação de D. Afonso I. Para além de, como afirma esta autora, "o nome do escriba e a data [terem sido] tirados de um diploma de D. Afonso Henriques, relativo à Sé de Viseu", a data de 30 de Setembro de 1122 para o governo dele, e ainda mais como rei, é impossível. Para além destes argumentos que justificam a identificação deste documento como falso, acrescenta-se que em 1114 já estava morto o conde D. Henrique e que, não tendo sido ainda restaurada a diocese, a referência à *ecclesia Sancte Marie episcopalis sedis Visensis* é anacrónica.

¹⁹⁴ O que se segue está escrito em letra de mão diferente.

Damus itaque et concedimus vobis locum illum et eciam ibi cautum facimus sicut terminis inferius scriptis dividitur in primis sicut terminatur per illud Pelagus Nigrum et per Olivariam de Alvito et inde sicut spartit per illud casal de Avolino usque ad illam Portellam de Tondela. Postea sicut dividitur per illam stratam que vadit sub Saldonas. Deinde sicut venit ad illum pontem petrinum de fluvio Aom et inde quomodo spartit per mediam avenam ejusdem fluvii et venit usque ad focem Rivuli Asinorum deinde quomodo spartit per illud vetus cautum quod est in monte de Fereyrolas.

Facta firmitudine II.^e Kalendas Octobris Era M.^a C.^a LX.^a. Ego Ildefonsus rex Portugalensis quid quod superius sonat confirmo et manu propria roboro. Similiter ego regina M(ahalda) confirmo.

Pro testibus: Monio Menendi provinciarum Visensis et Sene iudex et justicia conf., Pelagius ts.¹⁹⁵, Suaryus ts., Pelagius Zapata conf., Goncalvius ts., M[enendus] Goncalvus ts., Goncalvus Petri conf., Petrus ts.

Martinus diaconus scribit.¹⁹⁶

16

1115 MARÇO — *Godinha Aires e seu filho Salvador vendem a Mem Fagildes e a sua mulher Gauvili certos bens perto da Corredoura do Almacave (fr. Cavernães, c. Viseu) por sete bragaís e um legon.*

TT. — Sé de Viseu, m. I, doc. 14.

Publ.: DP, III, doc. 499.

In Dei nomine. Ego Godina Arias et suo filio Salvator cartam venditionis facio a tibi Menendo Faidiz et uxor tua Gauvili de ereditate mea que abeo de comparadela et est illa ereditas una parva vinea in loco predicto inter illa Corredoria de illa Almacavi et illa vinea de Alvitu Pelaiz et vendo vobis eam sana mente pro precio que de vobis accepi VII bracaes et uno legon, tantum nobis et vobis bene conplacuit. Abeatis vos illam firmiter et quicquid vobis placuerit faciatis et si nos quam aliquis ex nostris consanguineis tan viri quam femine aut aliquis omo in nostra persona venerit contra hunc nostrum scriptum confringere voluerit que pariat in duplo vel in quadruplo componat aut quantum illam ereditatem melioratam fuerit.

Et facta venditionis carta mensis quo erit Marcius Era MCLIII.^a. Nos supradicti Gudina Arias et suo filio Salvator qui anc cartam jussimus facere coram testibus idoneis propriis manibus roboramus¹⁹⁷.

Qui preses fuerunt et viderunt hic sunt testes: Didacus Manzuriz et Pelagio Arias testes, Gunzalvo Goteriz, Gudino¹⁹⁸ Gaudiz.

Et Pelagio hoc notui.

¹⁹⁵ O nome desta testemunha está entre *Vizensis* e *et Sene*.

¹⁹⁶ No fundo do pergaminho, em sentido contrário ao do documento, está escrito: *...nem amor Deus nem*.

¹⁹⁷ Repete *r+oboramus*.

¹⁹⁸ Corrigido de *Gudino*, riscando o *n*.